

**147. Papa Sisto IV al duca di Milano.<sup>1</sup>**

Roma, 13 ottobre 1483.

« Non possumus satis mirari quod res Ferrariensis ita negligatur... Nihil factum est eorum quae in dieta et post dietam ordinata sunt ». Il duca mandi al più presto aiuti. Egli (il papa) non ha colpa se Ferrara va perduta. « Similia Regi et Florent. ».

*Lib. brev. 16 B., f. 98. Archivio segreto pontificio.*

**147<sup>a</sup>. Bolla di Papa Sisto IV contro l'eresia in Germania.<sup>2</sup>**

Roma, 28 ottobre 1483.

« Ad perpetuam rei memoriam.

Ad comprimendam quorundam perditorum hominum temeritatem....

Sane sicut superioribus diebus quam plurimorum fide digna relatione nobis innotuit quam plurimos in Alemanie et Gallie partibus suboriri errores ac haereticas conclusiones asserentes generale concilium esse supra papam et quod licitum sit a papa ad generale concilium appellare cum certis aliis erroneis positionibus, quos et quas pro veris tenere et affirmare certe universitates in eorum opusculis non erubuerunt nec in dies minus erubescunt<sup>3</sup> alios suis falsis illusionibus in eorum falsissimas ac erroneas sententias et pernitosissimas sectas continue omni qua possunt arte et industria inducendo, que quidem conclusiones quum ab omni prorsus veritate aliene fore noscantur merito debent antequam errores huiusmodi magis invalescent reprobari ut omnes de fide vere scientes illas tanquam frivolas, erroneas et inanes reiiciant et veram viam et eam quam hec sanctissima sedes, que errare non potest, sequitur amplectantur ».

Condanna di queste doctrine.

« .. Et ut praemissa omnia et singula ad cunctorum noticiam possint pervenire, dil. filio Enrico Institori ordinis fratrum praedicatorum et theologiae professori ac per totam Alemaniam superiorem heretice pravitatis inquisitori. . . committimus et mandamus, ut praesentes nostras litteras per omnia, de quibus sibi expedire videbitur, loca publicare dictasque conclusiones auctoritate nostra reprobare et damnare et pro reprobatis, damnatis et erroneis omnibus declarare procuret, dantes sibi harum serie plenam... facultatem omnia et sin-

<sup>1</sup> V. sopra p. 574.

<sup>2</sup> Cfr. 582. Questo e i seguenti documenti sono ricordati da BACHMANN II, 638.

<sup>3</sup> Ms.: erubescant.